Non eadem sententia est tribunalis et
et angulus susurronum, multae homi
nibus uitae uidentur iustae quae post
ea repperiuntur prauae. In testacei
s uasculis thesaurus sepe conditur.
Petrum ter negantem amarae in suum
locum restituere lacrimae. Cui plus di
mittitur plus amat. De toto grege siletur
et ob unius morbidae pecudis salutem
angeli laetantur in caelo. Quod si cui uidetur
indignum a domino audiat: Amice, si ego bo
nus, quare oculus tuus nequam ualet in domino;

HIERON AD THEODORA SPANA

Cuius nuntio consterna
tur super sancti et uenerabilis mihi
dormitione lucini uix breuem
epistulam dictare potui, si quo eius uice
doleam quem scio ad meliora transisse
dicentem: Transiens uidebo uisionem
hanc magnam. Sed quo torqueatur desi
derio non meruisse me eius uidere fa
ciem quem in breui tempore huc uenturum esse
credebam; Uerum est illud super necessi
tate mortis propheticale uaticinium quo
fratres diuidat et carissima inter se nomina
crudelis et dura dissociet, sed habemus
consolationem quod domini sermone iugulatur
et dicitur ad eam, ero mors tua o
mors, ero morsus tuus inferne
et in consequentibus; adducet urentem
uentum dominus de deserto ascendentem
qui siccabit omnes uenas eius et desolabit
fontem illius. Exiit enim uirga de ra
dice iesse et flos de uirgine frutice
pullulauit, qui loquitur in cantico can
ticorum, Ego flos campi et lilium conuallium;
flos noster mortis interitus, ideoque et mor
tuus est ut mors illius morte moreretur.
Quod autem de deserto dicitur adducendus, uir
ginalis uterus demonstrat qui absque coitu
et semine uiri dominum nobis fudit infantem
qui calore spiritus sancti exsiccaret fontes libi
dinum et caneret in psalmo, In terra
deserta et inuia et sine aqua sic in sancto
apparui tibi; Aduersum ergo mortis
duritiam et crudelissimam necessitatem
hoc solacio erigimur quod breui uisuri
sumus eos quos dolemus absentes.
Neque enim mors sed dormitio et somnus ap
pellatur; unde et beatus apostolus uetat
de dormientibus contristari, ut quos
dormire nouimus suscitari posse cre
damus et post digestum soporem uigi
lare cum sanctis et cum angelis dicere
Gloria in excelsis deo et super terram pax
hominibus bonae uoluntatis; In caelo
ubi non est peccatum gloria est et perpetua
laus et indefessa praeconia; In terra
autem ubi seditio, bella atque discordiae,
pax inprecanda est. Et pax non in omni
bus sedit nisi qui bonae sunt uolunta
tis, et salutationem audiunt apostoli
cam, gratia uobis et pax a deo patre et
domino nostro ihesu christo multiplicetur.
ut in pace sit locus eius et habitatio illius
in sion

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0026